

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Illvstrivm Virorum Epistolae, Hebraicae, Graecae et  
Latinae, Ad Ioannem Reuchlin Phorcensem virum nostra  
aetate doctissimum diuersis temporibus missae**

**Reuchlin, Johannes**

**Hagenoae, 1519**

Aldus Manutius Romanus, Ioanni Reuchlin Phorcensi S.

[urn:nbn:de:bsz:31-270838](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270838)

EPIS. ILLVST. VIRORVM AD

ferte, prudenter, apposite explicasti. Ego tamen ut soleo prope trā scripsi, & ἰδοὺ ἐγγαφα. Vtinā sit in hac difficilima temporū difficultate quod & tu cœlesti præditus eloquētia mereris, & nos amici laudum tuarum precones uidere cupimus. Vale doctissime uir, principis tui ornator, de Bauariæ domo ac toto imperio Romano bene merite, præcipuum comuni patriæ decus. Romæ Anno M.II.D.

Aldus Manutius Romanus, Ioanni Reuchlin  
Phorcensi S.

**A** Mari me abs te plurimū mi Ioannes iam pridē noni, nō in te ullo officio sed humāitate tua, quare nisi te bñuolētiāg tuā plurimi faciā, sim plane ingratus, sed & facio plurimi & redamo magnopē. Ex libris autē quos petis mitto Iuliū Pollucē, Stephanū de urbib⁹, Thucydidē, Etymologicon Magnū, Prudentium christianū poetā cū quo & græca q̄dā imp̄s̄a sunt. Seduliū iē cū Iuueno & Aratore, cū q̄bus & Homero cœtra imprimēda curauī. Suidas nō erat apud me, & nūci⁹ tu⁹ dicebat nō esse sibi plus pecuniæ, sed rediturū se breui Venerias & facturū quod iusseris. Præterea imp̄s̄i sunt ex græcis hi, post opera Aristotelis q̄ a nobis quoq; habes, Aristophanis comœdiæ nouem cum commentariis, Epistolæ græcæ sex & triginta autorum. Dioscorides, Aratus cum Theonis commentariis, una cū Iulio Firmico, Simplicius in p̄dicamenta Aristotelis, Ammonius in quinq; uoces, Gregorii Nazianzeni circiter octo millia carminum, Nonnus carmine heroico in euangelium secundum Ioannem, Apollonius poeta cum commentariis. Imprimunt & quasi absoluta sunt Sophoclis tragœdiæ septem cum commentariis. Item Herodotus. De hebraicis non est impressum quicquam. Quod tu cōponis placet, perge ut detur studiosis. Imp̄s̄i sunt præterea latine literis paruis Virgilius, Horatius, Iuuenalis, Persius, Martialis, Lucanus, Catullus, Tibullus, Propertius, Epistolæ familiares M. Tullii. Imprimuntur iisdem characteribus Ouidii opera. Statius, Valerius Maximus, si ex his aliquis placuerit scribe. Interea uale, meq; ut facis ama. Venetiis xviii. Augusti. Anno M.D.II.

Aldus Romanus, Ioanni Reuchlin salutem.

**D**electari te plurimū literis & laboribus nostris Capnion mihi uauissimè quantū ipse delecter nō facile scripserim, tū quia principib⁹ placuisse uiris nō infima laus est, tū etiā quia laus